



Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

Oratio Dominica, Qvomodo Paterfamilias eam suæ familiæ simplicissimè
tradere debeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

peruenire, nullo modo posse: Sed Spiritus sanctus p
Euangelium me vocauit, suis donis illuminauit, in n
ita fide sanctificauit, & conseruauit: Quemadmodu
solet totam Ecclesiam in terra vocare, congregare,
luminare, sanctificare, & in Iesu Christo per veram
vinciam fidem conseruare: in qua Ecclesia mihi &
omnibus Christianis, omnia peccata quotidie benigna
remittit, & nos omnes in extremo die a morte salvet
bit, ac mihi & omnibus in Christum credentibus vita
eternam dabit. Hoc certissime verum est.

ORATIO DOMINICA, QVOMODO PATERFAMILIAS EAM SUX FAMILIAE SIMPLICISSIME TRADERE DEBEAT,

PATER noster, qui es in celis.

Quae est horum Verborum sententia? Responso.

Deus amanter nos hac prefatiuncula invitat, ut re
te credamus, cum nostrum verum Patrem, nosque ei
veros filios esse, ut eum confidentius pleni fiducia in
uocemus: quemadmodum videmus, liberos certa
ducia aliquid a parentibus suis petere.

PRIMA PETITIO.

Sanctificetur nomen tuum:

Quae est huius petitionis sententia?

RESPONSIO.

Nomen Dei per se quidem sanctum est, Verum ne

oramus hac petitione, vt apud nos quoque sanctifi-
cetur.

Qua ratione fit istud? Responso.

Cum verbum Dei pure ac sincere docetur, & nos
secundum illud, vt filios Dei decet, pie vivimus, quod
vt fiat, dona nobis, mi pater, qui es in cœlis. Qui verò
aliter docet, vel vivit, quam verbum Dei docet, ille no-
men Dei inter nos prophanat. Ne autem hoc accidat,
tu prohibe mi pater cœlestis.

II. PETITIO.

Adueniat regnum tuum.

Qua est huius petitionis sententia?

R E S P O N S I O.

Regnum Dei venit etiam per se, sine nostra oratio-
ne. Sed petimus hac precatione, vt ad nos quoq; per-
ueniat.

Qua ratione fit istud? Responso.

Cum Pater cœlestis dat nobis suum sanctum Spir-
itum, qui efficit gratia sua, vt sancto eius verbo creda-
mus, ac pie vivamus, cum in hoc tempore, tum postea
in æternum.

III. PETITIO.

**Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, sic & in
terra.**

Qua est huius petitionis sententia?

R E S P O N S I O.

Bona ac misericors Dei voluntas, fit quoque sine
nostra oratione. Sed rogamus hac petitione, vt etiam
apud nos fiat.

Quaerat sene fit istud? *Responso,*

Cum Deus frangit ac impedit omne malum confiduum, voluntatem, & conatus, qui obstant, quoniam in nomine Dei sanctificemus, regnumque eius ad nos pervenire possit, ut est diaboli, mundi, & carnis nostra voluntas. Deinde cum confortat & conferuat nos finiter in suo verbo ac fide, usque ad finem vitæ nostræ Hæc est misericors ac bona ipsius voluntas.

III. PETITIO.

Panem nostrum quotidianum da nobis
hodie.

Qua est huius petitionis sententia?

R E S P O N S I O.

Deus dat quidem omnibus panem quotidianam quamvis non petamus, etiam malis hominibus. Anos preceamur hac petitione, ut agnoscamus hoc beneficium, atque ita panem nostrum quotidianum cum gratiarum actione accipiamus.

Quid autem significat panis quotidianus? Res.

Significat omne, quod ad vitæ nostræ necessitates ac sustentationem pertinet, videlicet cibum, potum, vestes, calceos, domum, aream, agros, pecudes, pecuniam, diuitias, probam coniugem, probos liberos, probos seruos, probum ac fidum magistratum, bonum Republicæ statum, salubrem ærem, pacem, sanitatem, modestiam, honorem, bonos amicos, fidos vicinos, id genus alia.

V. PETITIO.

Et remitte nobis debita nostra, sicut nos remittimus debitoribus nostris.

Quae est huius petitionis sententia?

R E S P O N S I O .

Petimus hac preicatione, ne Pater celestis velit respicere & examinare peccata nostra, & propter ista nostram orationem repudiare: Quandoquidem nullis rebus, quas petimus, digni sumus, nec quicquam mereri possumus: Sed ut velit nobis sua gratia & bonitate donare omnia: Quia quotidie multifariam peccamus, & nihil nisi penas meremur. Viciissim autem ex corde condonabimus, quicquid in nos peccauerint alij, & pro maleficio libenter reddemus beneficium.

V I . PETITIO.

Et ne nos inducas in temptationem.

Quae est huius petitionis sententia?

R E S P O N S I O .

Deus quidem neminem tentat, Sed tamen petimus hac petitione, ut ipse nos custodiat & conseruet, ne Satanus, mundus & caro nostra, nobis imponant, & nos a recta fide seducant, & in superstitionem, diffidentiam, desperationem, atq; alia grauia & celera & flagitia conjiciant. Et ut maximè eiusmodi temptationibus sollicitetur, ne succumbamus, sed ut tandem vincamus ac triumphemus.

VII. PETITIO.

Sed libera nos à malo.

Quae est huius petitionis sententia?

R E S P O N S I O .


Oramus hac preicatione tanquam in summa, ut Pater noster celestis, liberet nos ab omnibus malis ac periculis, corporis & animæ, honorū & honorum. E:

vt tandem, cùm hora mortis venerit, felicem vitam nobis largiatur, nosq; pro sua gratuita bonitate ex hac misericordia valle ad se in cœlum recipiat.

AMEN.

Quae est huius vocabulus significatio?

AMEN significat idem, quod, certè, ut scilicet egim certus, eiusmodi petitiones Patri nostro cœlesti esse acceptas atq; ab eo exauditas. Quia ipse nobis mandauit, ut ad hunc modum oremus, promisiq; nos exauditurum esse, Amen, Amen, id est, verè, certe, hæc ita fient.



SACRAMENTVM

BAPTISMI: QVOMODO DE
eo paterfamilias suam familiam sim-
plicissime docere de-
beat.

P R I M U M.

Quid est Baptismus? Responsio.

Baptismus non est simpliciter aqua, sed est aqua diuinio mandato comprehensa, & verbo Dei obsignata.

Quod est illud Verbum Dei? Responsio.

Vbi Dominus noster Iesus Christus dicit, Mattheu vltimo: Euntes docete omnes gentes, Baptisantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

S E C V N D U M.

Quid præstat aut confert Baptismus?

R E S P O N S I O.

Operatur remissionem peccatorū, liberat à mon-

& à Di-